

Quae praecepta pertinent ad primam tabulam?

Tria priora praecepta, quorum primum concionatur de agnitione Dei in mente et de motibus seu affectibus in voluntate et corde <sup>f</sup>erga Deum.<sup>f</sup> Secundum praecipit de illius agnitionis et affectuum professione, quae fit sermone. Tertium sancit totum ministerium, quo fit propagatio doctrinae coelestis et cultum externorum, quos Deus instituit.

5

Quae praecepta referuntur ad secundam tabulam?

Septem sequentia praeceptam, quorum hic est ordo: Quartum munit societatem communem <sup>g</sup>generis humani,<sup>g</sup> ad quam homo est conditus, [4:] et gubernatores illius constituit, quintum corpora et vitam singulorum hominum munit, sextum tuetur coniugia, septimum domos seu nidos singulorum munit et res <sup>h</sup>alias vitae<sup>h</sup> necessarias, octauum defendit famam <sup>10</sup> cuiusque<sup>i</sup> et iudicia ordinat, quae sunt nerui et executio iusticiae, nonum et decimum addunt declarationem, quod lex Dei non tantum de externis operibus praecipiat, sed accuset et damnet etiam prauam concupiscentiam.

Qualis est forma enunciationis in singulis praceptis?

Primum praeceptum partim affirmatiuum, partim negatiuum est, reliqua pracepta primae et <sup>15</sup> secundae tabulae sunt negatiua excepto tertio et quarto pracepto. Semper autem in negatiuis simul continetur sententia affirmatiua et e contrario in affirmatiuis simul continetur sententia negatiua.

---

<sup>f-f</sup> nicht in E.

<sup>g-g</sup> nicht in E.

<sup>h-h</sup> ad victimum: E.

<sup>i</sup> nicht in E.